

PIVS, PAPA QVINTVS

Ad futuram rei memoriam.



DE C E T, Romanum Pontificem ad ea libenter intendere, per que, Gratię ab eo pro tempore emanatę, nō solum suum, vt par est, sortiatur effectum: verum etiā, vt id fiat cum minori dispendio quātum fieri potest prouideatur. S A N E, Nos nouissimē annum Subsidiū Quadringentorum & viginti millium Ducatorū pro vno Quinquēnio, à die tunc expres-

so inchoando, super omnium & singularum Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Collegiatarum, & aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratum, & aliorum quorumcunq; Beneficiorum Ecclesiasticorum, cum Cura, & sine Cura Secularium, Sancti Benedicti, Sancti Augustini, Chuniacēn. Cisterciēn. Cartusien. Cruciferorum, Sancti Hieronymi, & aliorum quorumuis Ordinum, etiam ex Priuilegio, vel alijs, certos Fructus habentium, etiam si Secularia, Canonicatus, & Prebendas, Portiones, Dignitates, etiam in Cathedralibus, & Metropolitanis post Pontificale Maiores, & Collegiatis Ecclesijs, Principales, aut Parrochiales Ecclesię, vel earum perpetuę Vicarię, Capellanıę perpetuę, Præstimonıa, Præstimonıales, Portiones, & simplicia, aliaq; etiam Seruitoria Beneficia Ecclesiastica: Regularia. verò Beneficia huiusmodi Prioratus, Præpositurę, Præceptorıę, Præpositatus, Dignitates, etiam Conuētuales Personatus, Administrationes, vel Officia, etiam Claustralia forēt, in quibuscunq; Ciuitatibus, & Diocæsibus, ac alijs Locis vniuersarum Hispaniarum dicto Philippo Regi subiectis consistentium, & Capitularium, Conuētualium, & aliarum Mensarum Fructibus, Redditibus, & Prouentibus, Obuentionibus, & Emolumentis, per



-ibiO

A Vene-

Venerabiles Fratres Archiepiscopos, Episcopos, ac dilectos Filios
Abbatas, Priores, Abbatissas, Priorissas, Capitula, Conuentus Præ-
ceptores, Commendatores, ac alias personas Ecclesiasticas tunc ex-
pressas, Seculares & Regulares Ecclesiasticas, Monasteria, Priora-
tus, Præceptorias, Præposituras, Canonicatus & Præbendas, Di-
gnitates, Personatus, Administrationes, & Offitia, cæteraq; Bene-
ficia Secularia & Regularia huiusmodi quomodolibet obtinētes,
annis singulis, in certis Locis, & Terminis statuendis, & propor-
tionabiliter compartieñ. & integrè persolueñ. Charissimo in
Christo Filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico cō-
cessimus, & solui mandauimus, prout in Literis nostris desuper
concessis plenius continetur. Cumq; credamus, quod Exactio hu-
iusmodi Subsidiij nostro prædicto Philippo Regi difficilis existat,
& quod facilius ab ipsis soluere debentibus exigi possit, atq; ma-
gis conuenire dijudicantes, Motu proprio, non ad alicuius nobis
super hoc oblatae Petitionis instantiam, sed ex certa nostra scien-
tia, ac matura deliberatione nostra, vt in qualibet Prouintia, seu
Episcopatu, onus Colligendi & exigendi, aut colligi, & exigi fa-
ciendi, Ratam Subsidiij huiusmodi eos tangeñ. idem Clerus, seu
eadem Capitula, Collegia ipsius Prouintiae, seu Episcopatus, sus-
cipiant, & ipsum Subsidium, per personas ad id idoneas & sufficiē-
tes ab ipsis Clero, seu Capitulis, & Collegijs deputandis, prout
retroactis Annis factum fuit, exigi debere: quodq; personæ ab ip-
sis Clero, seu Capitulis, & Collegijs deputandæ onus colligendi
Ratam Subsidiij huiusmodi omnino suscipere, & Clerus vniuer-
sus Ratam prædictam, prout ad eorum singulos spectat in eorum
manibus persoluere omninò teneantur. Qui, post modum, quo-
cumq; impedimento, etiam quantumuis graui penitus excluso,
eamdem Ratam, aut Pecunias quascumq; eo nomine exactas, &
collectas Commissarijs à prædicto Rege deputatis, seu deputandis
realiter & cum effectu tradant & consignent, omni mora & dila-
tione, ac etiam impedimento, & difficultate cessantibus, & post-
positis, ac etiam alijs, prout in retroactis Subsidijs executum fuit.
Et tam Clero, quàm Deputatis prædictis, & eorum singulis, vt
prædicta, modo præmissis respectiue (prout ad eorū singulos spe-
ctat) omnino exequatur, sub priuatione quorūcumq; Beneficiorū
Ecclesiasticorum, cum Cura, & sine Cura Seculariū, & quorumuis
Ordi-

79

Ordinum Regularium, quomodolibet qualificatorum & nuncupatorum, per eos, qui quomodolibet contrafecerint, parere distulerint, seu recusauerint, quomodolibet obtentorū, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, per præsentis iniungimus & mandamus. Decernentes, Beneficia ipsa in euentum Contrauentionis huiusmodi sic vacantia, ab omnibus liberè impetrari, illaq; , tam per Nos, & Sedem Apostolicam, quàm locorum Ordinarios, personis idoneis conferri liberè posse. Cæterum, quia difficilè foret, tam præsentis, quam alias super præmissis, confectas Literas singulis soluere debentibus, personaliter intimare. Volumus, & similiter, Apostolica Authoritate decernimus ad effectum præmissum, quod, intimatis prædictis alijs nostris, & præsentibus literis in singulis Metropolitanis & Cathedralibus dictarum Hispaniarum Ecclesijs, tempore Diuinorum per Edictum, singulos Clericos dictarum Hispaniarum afficiat, ac si singulis ipsis Clericis personaliter intimatae fuissent. Ac pro faciliore intimatione huiusmodi præsentium Transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & Sigillo alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ, seu intimatae, non obstantibus præmissis, ac omnibus quæ in prædictis alijs Literis volumus non obstare. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die septimo Martij M. D. LXXII. Pontificatus nostri Anno Septimo. Cæs. Glor.

Ordinum Regularem quomodolibet qualibetque
patrum, per eos, qui quomodolibet con-
fiterentur, quomodolibet obsequio ac in-
is ad illa & alia in posterum obtinenda per
& mandantes. Decretis ipsa in eorum
ueneris huiusmodi sic uocantur, ab omnibus
illis, tam per Nos & sedem Apostolicam, quam
dignos, personis idoneis consentit libere posse.
difficile foret, tam praesentes quam alias
fecerit licet in singulis solvere debeatibus,
Voluntas & similiter, Apostolica Auctoritas
secum praesentibus, quod inmanis praedictis
scriptis licet in singulis Metropolitanis &
tam Hispaniarum Ecclesiis, tempore Diuini
singulos Clericos dictarum Hispaniarum
ipsis Clericis personaliter inmanis praesentibus
matione huiusmodi praesentibus, manu
Notarij publici subscriptis, & sigillo
tate Ecclesiastica constituta manent, eadem
beatum, qui praesentibus adhiberentur si
tempore, seu inmanis, non obstantibus
in praedictis illis licet uoluntas non
apud sanctum Petrum, Anno Pontificatus
M. D. LXXII. Pontificatus nostri Anno
CXL. Glor.

Ordinibus
Clericis
inmanis
praesentibus
adhiberentur
si
tempore
seu inmanis
non obstantibus
in praedictis
illis licet
uoluntas
non
apud sanctum
Petrum
Anno Pontificatus
M. D. LXXII.
Pontificatus
nostri Anno
CXL. Glor.